Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

stadia xii · milia · Longitudo et latitudo et altitudo eius equa
lia sunt. Et mensus est murum eius · centum quadraginta qua
tuor cubitorum · mensura hominis que est angeli · Et erat
structura muri eius ex lapide iaspide · ipsa uero ciuitas auro
mundo · simile uitro mundo · Fundamenta muri ciuitatis ·
omni lapide pretioso ornata · Fundamentum primum · iaspis ·
secundum · saphirus · tertium · calcedonius · quartum · smar
agdus · quintum · sardonix · sextum · sardius · septimum · cri so
lithus · octauum · berillus · nonum · topazius · decimum · crisopras
sus · undecimum · iacinctus · duodecimum · ametistus · Et duode
cim porte · xii · margarite · sunt per singulas · et singule porte ex
singulis erant margaritis · et platea ciuitatis aurum mundum
tanquam uitrum perlucidum · Et templum non uidi in ea · dns
enim deus omnipotens · templum illius est · et agnus · Et
ciuitas non eget sole neq; luna · ut luceant in ea · Nam clari
tas dei illuminabit eam · et lucerna eius est agnus · Et am
bulabunt gentes in lumine eius · et reges terre afferent glo
riam suam et honorem in illam · Et porte eius non claudan
tur per diem · Nox enim non erit illic · Et afferent gloriam
et honorem gentium in illam · nec introibit aliquid coinqui
natum in eam · et faciens abominationem et mendacium ·
nisi qui scripti sunt in libro uite et agni · S. lucā ·

Illo t. Dixit ihs · dis · s · Non est arbor bona que facit
fructus malos · neq; arbor mala faciens fructum bonum ·
Unaquaeq; enim arbor de fructu suo cognoscitur · Neq; enim
de spinis colligunt ficus · neq; de rubo uindemiant uuam ·
Bonus homo de bono thesauro profert malum · Ex abun
dantia enim cordis os loquitur · Quid autem uocatis me
domine domine · et non facitis que dico · Omnis qui uenit
ad me · et audit sermones meos · et facit eos · ostendam
uobis cui similis sit · Similis est homini edificanti domum ·

cordis sui profert bonum · et malus homo de thesauro malo